Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Visertus aut eos usq; ad secum sunt eu. Tactus mi
sericordia quod natuta siue debilitas tulerat donat. Postea
sequuntur illum in tam pedib; quam uirtutib;. Que
uidelicet sequuntur qui bonum quod intellegit operatur:
Cap 21
Cum appropinquassent ierosolimis et uenissent
bethfage ad montem oliueti. Bethfage enim erat ui
culus sacerdotum in monte oliueti et interpretatur
domus bucce siue domus maxillarum. Bethania
quam huic locus adiungit uillula siue ciuitas in
eusdem montis latere est estimata et dicitur domus
obedientie. quas ierosolimam uenturus presentia sua
sublimauit. qui multis ante passionem suam domus
docendo pie confessionis et obedientie spiritalis
impleuit. Que pulchre ciuitates in monte oliueti
posite referuntur hoc est in ipso dino qui nos spiri
talium karismatum refouet unctione et sententie
pietatisq; luce. Tunc ihc misit duos discipulos et
reliquos id est doctores qui indocta ac barbara totius
orbis litora quasi contra positi castelli menia eu
angelizando penetrarent destinare curauit. Hos
quidem duos apostolos petrum et philippum interpretatur esse
qui primum iudaicos fines transgredientes genti
les ad xpm deduxerunt. Philippus samariam
quasi asinam. petrus aut gentes accipiens cornelium
quasi pullum asine presentauit. Et statim inuenietis